



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXXII. De Obitu Magistri Conradi de Jungigen, & de Electione fratris
sui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

& devotus vir Dominus Conradus de Jungingen pro tunc The-
saurarius in Mariaburg, vir pius, castus & pluribus virtutibus
insignitus.

ANIMADVERSIO.

- (a) Hæc verba citat Schuzius in lib. 2. Chron. Pruss. sub. calcem fol.
90. b.
- (a) De S. Dorotheæ Vita, miraculis, obitu, Consecratione spifum habe-
tur Volumen MS. in Bibliotheca Electorali Regiomontana, quod
consuli potest.

CAP. XXXII.

De

Obitu Magistri Conradi de Jungingen,
& de Electione fratris sui.

ANNO Domini MCCCCVIII. feria IV. post Festum Paschæ
Obiit Dominus Conradus de Jungingen, per cujus obitum
Pralati terræ & Præceptores cum omni populo turbati erant, ti-
menses de futuro periculo, quod, proh dolor! accidit. Anno
eodem Dominica proxima post Joannis Baptistæ electus est fra-
ter ejus, & sperabant, quod fratri in moribus assimilari deberet,
qui erat pacis cupidus; tamen contrarium rerum exitu indica-
bat.

CAP. XXXIII.

De

Grandi pestilentia in Prussia.

ANNO Domini MCCCXCVIII. fuit generalis pestilentia per
Prussiam magna valde. Eodem anno Dominus de Bragustino
Archiepiscopus Gnesnensis Reverendum Patrem Dn. Henricum Du-
cem Slesia & Lignicensem pro tunc Episcopum Vratislaviensem invi-
tavit.